

## Tractatus

considerari. primo ut est una pars entis et principa-  
lis que vere est. Et est causa essendi omnibus alijs.  
quod ens dividitur in ens per se et ens in alio. Ens  
autem per se substantia est. Ens vero in alio actus est. Ens  
per se quod non est in alio quod sui esse causa sit. Et illo  
modo substantia se extendit ad omne illud quod non est actus  
sive sit materia sive forma. sive totum positum si-  
ue aliquid per ipsum. Et isto modo dividitur substantia in ma-  
teriam formam et totum compositum secundum philosophum. Secundo  
sumitur substantia ut dicitur a substantiando. et sic substantia est primum sub-  
iectum ad quod omnino predicabile sit reductio tanquam  
ad illud de quo fit predicatio. Et illo modo dividitur in pri-  
mam et secundam. Tercio: substantia accipitur prout est primum  
predicabile ad quod fit reductio sue coordinatio  
Et sic substantia est primum predicabile formabile per duas  
in suas species. et sic immediate dividitur in corpoream  
et in incorpoream. et prout secundum formam artis  
et sic substantia dicitur forma totum. quod equaliter respicit  
corporeas et incorporeas. Et sic patet quod substantia accep-  
ta primo vel secundo non dicitur genus generalissimum. sed  
tercio: prout patet. quod sic accipitur ut quodammodo pars entis  
actus divisa. Et sic non solum predicatur de ceteris in  
artibus per se. sed etiam de partibus sive de re manu pede  
et ceteris. et etiam non dicitur univoce. sed per primum de his  
quod nomen subieci precipue. Tercium patet ex dictis

### Ad obiecta in oppo-

sitione. Ad primum dicitur quod substantia composita est genus ge-  
neralissimum. quod omne genus erit aliquid modo compositum  
Et ad probandum dicitur quod non est inconveniens quod genus  
generalissimum habeat in se sua composita per pri-  
cipia. sed inconveniens est quod habeat ante se aliquid superius  
univoce. Unde est in ut dicitur Albertus. quod genus gene-  
ralissimum non habet propria composita ante se. sed potest habere  
intra se. Aut dicitur per se quod substantia ut est genus nec est sim-  
plex nec composita. sed abstrahit ab utroque. Et sub-  
stantia simpliciter ibi dicitur incorporeale et compositum  
corporeale. sicut aliter ut est genus abstrahit a rationali  
et irrationali. Ad 2. dicitur quod substantia secunda. quod per  
habetur de quod subieci sunt genera et species. et sic substantia  
ut est genus dicitur secunda substantia. et sic illa sit posterior prima  
quod ad actum substantiandi. non tamen quod ad actum substantiandi  
dicitur. Ad 3. dicitur quod substantia non dicitur respectu prime  
et secunde generis sicut imaginatur argumentum. sed genus  
dicitur respectu corporee et incorporee. Ad quartum dicitur  
dicitur quod non omne genus aliquam naturam importare. sal-  
tem genus logicum. sed sufficit quod sit aliquid proprietatis compositis  
omnibus. sed esse per se a quo sumitur ratio subieci. et non vel  
de aliqua natura compositis extendendo naturam ad omne  
superius. Ad replicam dicitur quod quis illud quod i-  
est cause et ratio ut causa et causatum sunt illud per quod p-

us uest cause que ratio. tamen non omne illud quod uest  
cause et ratio secundum quod ab illis intentionibus abstrahitur.  
et sic dicitur per se si substantia corporea et incorporea ad  
genus comparatur eoque sub genere sit. tamen si comparatur  
iter se sic non est inconveniens quod una species alia sit pfe-  
ctior. sicut homo est alio perfectior. et tamen si species equaliter  
sub hoc genere quod est aliter. Ad quantum dicitur quod non vult  
prima. quod substantia habet unum modum essendi eodem omnibus  
sed actus non. ex eo quod omnes subieci participant suum  
modum essendi equaliter. actus vero non equaliter. sed magis  
magis et minus. et prout et posterior. quod actus abso-  
luta primo. et actus respectiva secundario. ut est  
superius tactum fuit.

Substantia vero dividitur  
in primam et secundam. Sub-  
stantia prima est que proprie-  
principaliter et maxime sub-  
stare dicitur. Vel prima substantia est  
que neque in subiecto est neque de subie-  
cto dicitur. ut aliquis homo alius equus.  
Secunde substantie sunt species in quibus  
sunt prime substantie. et harum spe-  
cies genera. ut homo et animal. Est enim  
aliquis homo in homine qui est species. et  
homo in animali quod est genus.  
Individa de genere substantie dicitur  
tur prime substantie. quia primo sub-  
stant alius. Genera vero et species eorum di-  
cuntur secunde substantie quia secundo  
substant. Aliquis enim homo dicitur  
grammaticus et currens et animal et sub-  
stantia. ergo homo dicitur grammaticus.  
currens animal et substantia

In hac parte tertius de hys. prout dividit  
substantia. Quia analogum prius dividendum  
est quod diffinendum dicens. Substantia divi-  
ditur in primam et secundam. Substantia vero  
prima est que proprie principaliter et maxime sub-  
stare dicitur. Vel que nec est in subiecto sup-  
ple sicut accidens est in subiecto. nec dicitur de  
subiecto. sicut superius de inferiori. Cuius ex-  
plum est sicut aliquis homo. alius bos. ali-  
quis equus. Secunde vero substantie sunt spe-  
cies in quibus sunt prime substantie. et harum  
specierum genera. ut homo dicitur secunda sub-  
stantia. et animal quod est hominis genus. et sic de  
alijs. quod alius homo est prima substantia que est in homine.